

tabulas, oculis corporeis exponendas; sed Spiritum sanctum cordibus fidelium communicas, eisque vitam ministras æternam; vide v. 6, 7, 8, 9, 10. Hujus itaque memor excellentiæ, cave ab omni, in tanto ministerio, seccordia, sed alacriter, libère, intrepide, et dignè Deo, dignèque Spiritu sancto ministra, v. 11, 12. Cave in ministerio spirituali et divino, ab omni terrenorum et corporalium amore; sed cœlestia, et æterna, divina quære, intende, dilige, inspira, v. 8, 11.

CAPUT IV.

1. Ideò habentes administrationem, juxta quòd misericordiam consecuti sumus, non deficimus;
2. Sed abdicamus occulta decoreis, non ambulantes in astutiâ, neque adulerantes verbum Dei, sed in manifestatione veritatis commendantes nosmetipsos ad omnem scientiam hominum coram Deo.
5. Quòd si entiam operatum est Evangelium nostrum, in iis qui percunt est operum.
4. In quibus Deus hujus seculi cæcavit mentes infidelium, ut non fulgeat illis illuminatio Evangelii gloriæ Christi, qui est imago Dei.
5. Non enim nosmetipsos predicamus, sed Jesum Christum Dominum nostrum; nos autem servos vestros per Jesum:
6. Quoniam Deus qui dixit de tenebris lucem splendescere, ipse illuxit in cordibus nostris, ad illuminationem scientiæ claritatis Dei, in facie Christi Jesu.
7. Habemus autem thesaurum istum in vasis fictilibus; ut sublimitas sit virtutis Dei, et non ex nobis.
8. In omnibus tribulationem patimur, sed non angustiamur; æporiamur, sed non destitumur:
9. Persecutionem patimur, sed non derelinquimur; dejectionem, sed non perimus:
10. Semper mortificationem Jesu in corpore nostro circumferentes, ut et vita Jesu manifestetur in corporibus nostris.
11. Semper enim nos qui vivimus, in mortem tradimur propter Jesum: ut et vita Jesu manifestetur in carne nostrâ mortali.
12. Ergo mors in nobis operatur, vita autem in vobis.
15. Habentes autem eundem spiritum fidei, sicut scriptum est: Credidi, propter quod locutus sum; et nos credimus, propter quod et loquimur:
14. Scientes quoniam qui suscitavit Jesum, et nos cum Jesu suscitabit, et constituet vobiscum.
15. Omnia enim propter vos; ut gratia abundans per multos in gratiarum actione, abundet in gloriam Dei.
16. Propter quod non deficimus; sed licet is qui foris est noster homo corrumpatur, tamen is qui intus est renovatur de die in diem.
17. Id enim quod in presentem est momentaneum et leve tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate æternæ gloriæ pondus operatur in nobis:
18. Non contemplantibus nobis que videntur, sed

Cave in ministerio Spiritus sancti, qui totus lux est et amor; cave, inquam, ab omni malitiâ velamine super cor tuum. Ad hoc frequenter ad Dominum convertere, rogans: *Cor mundum crea in me, Deus, etc. Faciem tuam illumina super servum tuum, etc. Illumina vultum tuum super me, et miserere mei, etc.* Talibus ad Deum conversionibus, fies divini luminis particeps, ut in alios illud reflectere valeas, v. 15, 16, 17, 18.

CHAPITRE IV

1. C'est pourquoi ayant reçu un tel ministère selon la miséricorde qui nous a été faite, nous ne perdons point courage;
2. Mais nous rejetons loin de nous les passions qui se cachent comme étant honteuses, ne nous conduisant point avec artifice, et n'altérant point la parole de Dieu, mais n'employant pour nous rendre recommandables envers tous les hommes, qui jugeront de nous selon le témoignage de leur conscience, que la sincérité avec laquelle nous prêchons devant Dieu la vérité de son Évangile.
3. Que si l'Évangile que nous prêchons est encore voilé, c'est pour ceux qui périssent qu'il est voilé:
4. Pour ces infidèles dont e Dieu de ce siècle a aveuglé les esprits, afin qu'ils ne soient point éclairés par la lumière de l'Évangile de la gloire de Jésus-Christ, qui est l'image de Dieu.
5. Car nous ne nous prêchons pas nous-mêmes; mais nous prêchons Jésus-Christ notre Seigneur: et quant à nous, nous nous regardons comme vos serviteurs par Jésus-Christ.
6. Parce que le même Dieu qui a commandé que la lumière sortit des ténèbres, a fait luire sa clarté dans nos cœurs afin que nous puissions éclairer les autres, et leur donner la connaissance de la gloire de Dieu, selon qu'elle paraît en Jésus-Christ.
7. Or nous portons ce trésor dans des vases de terre, afin que l'on reconnaisse que la grandeur de la puissance qui est en nous, est de Dieu, et non pas de nous.
8. Nous sommes pressés par toutes sortes d'afflictions, mais nous n'en sommes point accablés: nous nous trouvons dans des difficultés insurmontables, mais nous n'y succombons pas.
9. Nous sommes persécutés, mais nous ne pas abandonnés; nous sommes battus, mais nous ne sommes point entièrement perdus.
10. Portant toujours en notre corps la mort de Jésus, afin que la vie de Jésus paraisse aussi dans notre corps.
11. Car nous qui vivons, nous sommes à toute heure livrés à la mort pour Jésus, afin que la vie de Jésus paraisse aussi dans notre chair mortelle.
12. Ainsi sa mort opère en nous, et sa vie en vous.
15. Et parce que nous avons un même esprit de foi, selon qu'il est écrit: J'ai cru, c'est pourquoi j'ai parlé; nous croyons aussi nous autres, et c'est aussi pourquoi nous parlons.
14. Sachant que celui qui a ressuscité Jésus, nous ressuscitera aussi avec Jésus, et nous placera avec vous en sa présence.
15. Car toutes choses sont pour vous, afin que la grâce de Dieu se répandant avec abondance, en la revenue aussi à Dieu plus de gloire, par les actions de grâces qui lui en seront rendues par plusieurs.
16. C'est pourquoi nous ne perdons point courage; mais encore que dans nous l'homme extérieur se détruisse, néanmoins l'homme intérieur se renouvelle de jour en jour.
17. Car le moment si court et si léger des afflictions que nous souffrons en cette vie, produit en nous le poids éternel d'une souveraine et incomparable gloire.
18. C'est pourquoi nous ne considérons point les

que non videntur. Quæ enim videntur, temporalia sunt: quæ autem non videntur, æterna sunt.

ANALYSIS.

- Swam, suorumque collegarum defensionem, contra pseudo-apostolorum calumnias, ita texit in hoc capite, ut et eos oblique percutiat.
- § 1, 2, 5 et 4. Tam gloriosum ministerium, per Dei misericordiam consecuti, in eo fungendo non pigrescimus; nec quidquam eo indignum, aut turpe quid agimus etiam occultè; sed castè, sincerè et clarè Evangelium ubique predicamus; ita ut, si quibusdam adhuc sit ignotum, malitiâ cæcis, et videre nolentibus, sit ignotum.
- § 5 et 6. In hæc autem predicatione, non nostram, sed Domini nostri Jesu Christi gloriam querimus; non dominari fidelibus, sed eis ministrare ambimus; idque ut Dei in nos misericordiam respondeamus; qui sicut olim è tenebris abyssu lucem eduxit, quæ mundum illuminaret, ita mentes nostras, prius tenebrosas, per Spiritum suum illuminavit, ut alios scientiâ et cognitione gloriæ suæ in Christo visa, illuminarem.
- § 7. Hunc autem cœlestis luminis et gratiæ thesaurum in nobis, vasis testaceis et fragilibus, includit, ut ei soli tribuatur omnis nostri ministerii gloria.
- § 8. Quo fragiliores sumus, eò clarior apparet in nobis ejus omnipotentia; hinc undique pressi, non angustiamur; æporiamur, non destitumur.
- § 9, 10, 11. Continuis agitati persecutionibus, eva-

PARAPHRASIS.

1. Proinde, cum per Dei misericordiam, ad tantum ac tale ministerium fuerimus vocati, in eo fungendo non segnes sumus, nec ob adversa concidimus animo.
2. Nihil, nec occultè, tanto ministerio indignum agimus; sed à nobis longè rejicimus omnem etiam occultam vitæ turpitudinem; nec astutè conversamur inter homines, nec Dei verbum falsificamus; sed nudâ et apertâ vitæ et doctrinæ veritate, nos laude dignos efflicimus, et apud homines rectè judicantes, et coram Deo, omnia intente.
3. Quòd si post tam apertam Evangelii predicationem, adhuc quibusdam velatum est, iis tantum est velatum, qui perire volunt et non videre.
4. Iis, nimirum infidelibus, quorum mentes diabolus cæcavit, ne fulgeat eis lux clarissima Evangelii; per quod manifestatur gloria Christi, qui est perfecta imago Dei Patris, lumen de lumine.
5. In hæc autem apertâ Evangelii predicatione, non nostram, sed Domini nostri Jesu Christi gloriam querimus; nec nostram, sed vestram utilitatem, nosque servos vestros propter Jesum et in Christo Jesu, proitemur.
6. Idque ut Dei in nos gratia respondeamus, qui sicut olim de tenebris abyssu lucem eduxit, quæ mundum illuminaret, ita mentes nostras, prius tenebrosas, per Spiritum sanctum illuminavit; ut alios scientiâ et cognitione gloriæ Dei, in Christo, velut imagine suâ lucentis, illuminarem.

S. S. XXIV.

chos visibiles, mais les invisibles, parce que les choses visibiles sont temporelles, mais les invisibles sont éternelles.

ANALYSIS.

- Itaque ob Evangelium continuè morimur; at nostrâ corporali morte spiritualiter vivimus, v. 12.
- § 15. Ceterum, non obstantibus toti periculis et moribus, libère tamen et audacter predicamus, quia verè credimus; sicut de David scriptum est: Credidi, ideò locutus sum et loquor.
- § 14. Credimus, inquam, et fide certissimâ, quod Deus, qui Dominum nostrum Jesum pro nobis occisum, suscitavit à morte; et nos propter Jesum occisos, suscitabit, nosque vobiscum, ad quos omnia nostra ordinantur ministeria, in suo regno collocabit.
- § 16. Hinc non deficimus in adversis, sed mens nostra fit quotidie vegetior; quia fide scimus quod momentanea et levis tribulatio parat nobis gloriam in finitum et æternum.
- § 18. Ideò ad presentia et visibilia, quæ temporalia sunt, non spectamus; sed ad futura et invisibilia, quæ durabunt in æternum.

PARAPHRASIS.

7. Hunc autem cœlestis luminis thesaurum in nobis, testaceis et fragilibus vasis, haberi voluit, ut omnis ministerii nostri sublimitas et gloria inisi tribuatur, et non nobis imputetur.
8. In hoc ejus divina virtus in nobis apparet, quòd undique et modis omnibus pressi, non opprimimur; anxii et perplexi, non destitumur, sed nobis adest Deus.
9. Continuis agitati persecutionibus, Deo protectente, evadimus; prostrati, non frangimur.
10. Indesinentibus mortis periculis, mortem Domini nostri Jesu Christi, quâdam similitudine, in corporibus nostris semper et ubique exprimitur; ut et ejusdem vitæ gloriæ in corporibus nostris aliquando reveletur.
11. Nos enim, quamdiu vivimus, morti propter Jesum exponimur, ut et vita immortalis Jesu appareat aliquando in nostrâ carne mortali, cum immortalitatem induerit.
12. Itaque per Evangelii predicationem mors corporalis in nobis efficitur, sed per nostram mortem vitæ spiritualis vobis procuratur.
15. Ceterum, in mediis his moribus et periculis, habentes eundem fidei spiritum quem habuit David in suis tribulationibus, sicut de eo scriptum est: Credidi, ideò loquor; ita et nos apostoli, quia verè credimus, ideò et libère et audacter predicamus.
14. Certissimâ fide scientes quòd Deus, qui Jesum pro nobis occisum suscitavit à morte, nos propter Je-

(Vingt-quatre.)

num occisos, à morte suscitabit, et vobiscum in regno suo collocabit.

15. Dixi vobiscum, nec temerè; omnia enim nostra ministeria ad vestram salutem ordinantur, ut quò latius et ad plures effunditur evangelica gratia, eò plures Deo reddant gratiarum actionem, quà gloriificentur Deus.

16. Hac spe, hocque animo freti, non deficiamus in adversis; sed licet pars exterior nostra, caro scilicet,

COMMENTARIA.

VERS. 1. — IDEO HABENTES ADMINISTRATIONEM... Græcè, hanc. In superiori capite evangelici ministerii præcellentiam ostendit; nunc verò ad suam suorumque collegarum defensionem descendit, contra adversariorum suorum calumnias: sic autem suam textit apologiam, ut et suos adversarios tacite percutiat. *Habentes administrationem* hanc, de qua dixi.

JUXTA QUOD, Græcè, *καθ' ὅς, prout*, sicut. Id est, cum per gratiam Dei misericordiam vocati et electi fuerimus ad tantum et talè ministerium, et quod ad tantum nos gratiam promovet.

IDEO, id est, ut huic gratuite Dei super nos misericordie respondeamus, et hæc nobis promissà glorià non simus indigni.

NON DEFICIMUS, id est, non segnescimus, ait Erasmus, in hoc scilicet munere fungendo; vel non deficiamus, id est, non destituimur, nec deficiamus ad pericula et ad afflictiones, ait Theophylactus. Uterque sensus bonus et verus, sed ultimus literalior et juxta Græcum, et juxta nostram Vulgatam.

VERS. 2. — SED ABNEGAVIMUS; Syr., sed execrati sumus, id est, rejicimus, longè repellimus à nobis.

OCULTA DEDECORIS; Syr., occultamenta dedecoris, id est, ea facinora quæ ob pudorem solent à peccantibus occultari, ne per ea cadant in opprobrium.

NON AMBULANTES IN ASTUTIA, id est, simulatè ac versutè non conversamur inter homines: unum palam ostendentes, aliud occultè facientes.

NEQUE ADULTERANTES...; Syr.: *Neque dolosè tractantes sermonem Dei*, id est, non falsificantes verbum Dei. Ille dolus, sicut et cauponatio, de qua cap. 2, v. 17, opponitur sinceritati ac puritati quæ verbum Dei debet administrari. Vide ibi diata.

SED IN MANIFESTATIONE VERITATIS... id est, sed nudè et apertè, tum vitæ nostræ, tum doctrinæ veritate,

VERS. 1. — *Idèò habentes administrationem, juxta quod misericordiam consecuti sumus.* Cùm igitur, inquit, hoc tam excellenti ministerio fungamur, non nostris meritis, sed gratuita Dei benignitate et electione ad illud vocati.

Non deficiamus. Non succumbimus malis et adversitatibus, quæ nobis accidunt hujus ministerii causâ; non concidimus animo.

VERS. 2. — *Sed abnegavimus, Græcè, abnegamus, renuntiamus.* Syrus, *execramur.*

Ocultà dedecoris, id est, occultà dedecorosa, quæ solent à peccantibus occultari, ne per ea in probum et infamiam incidant. Hoc igitur est, quod dicit: Longè sumus ab omni, etiam occultè, vitæ turpitudine. *Non ambulantes in astutiâ;* et aliud palam ostenda-

corrumpatur, seu attenuetur; pars tamen interior, animus noster, sit in dies vegetior.

17. Quia fide certà scimus, quod momentanea et levis afflictio corporis parit nobis ineffabile pondus gloriæ æternæ et infinite, seu gloriâ sublimissimam, et que mirè supra modum superat omnes hujus temporis afflictiones;

18. Idèò ad hæc presentia, quæ videntur, et temporaria sunt, non spectamus; sed ad invisibilia, et quæ sunt æterna.

COMMENTARIA.

nos apud homines rectè, et secundùm conscientiam judicantes, commendatos et laude dignos efficiamus, et coram Deo omnia videntè.

Notanda ad intelligentiam.

Ad pleniorè horum versuum, imò et ad totius ferè capitis hujus intelligentiam, recordare quòd hic, ut jam dixi, duo simul agit Apostolus, scilicet adversarios suos tacite perstringit, et se suosque collegas contra adversariorum suorum calumnias justificat. Intelligit ergo quasi diceret: Pseudoapostoli, quia à Deo non sunt in ministerium vocati, sed spontè intrusi, et in eo se suaque commoda querunt, id est adversis statim deficiunt. Quasi mercenarij, lupum vident et fugiunt. Nos apostoli, per Dei gratiam voluntatem vocati, per Dei gratiam, in nostro munere fungendo, non segnescimus, nec ob adversa qualicumque deficiamus. *Bonus pastor vitam dat pro ovibus.* Pseudoapostoli, sanctitatis speciem præ se ferentes, occultè turpes sectantur voluptates. *Quæ in occulto fiunt ab eis, turpe est et dicere.* Nos apostoli omnem, etiam occultam, rejicimus vitæ turpitudinem. Nihil, nec occultè, nostro ministerio indignum agimus; sed vivimus dignè Deo, cujus sumus ministri. Pseudoapostoli, ut se apud homines commendat, versutè conversantur, ipso Dei verbo subdole utuntur, illudque corrumpunt ad fines suos, ut homines decipiant, et fucatis operibus et falsis sermonibus, sese alios quam sint demonstrant; semetipsos et opere et sermone mentiuntur. Nos apostoli, nihil per hypocrisis facimus nec loquimur; nec operibus, nec sermonibus mentiuntur, ut gratiores simus, sed ipsà veritate et vitæ et doctrinæ nosmetipsos commendatos efficiamus apud omnes homines, seu fideles, seu infideles, dummodo rectè sentiant, et secundùm conscientiam judicent; imò et coram Deo, cor et renes probante. Ipsà

mus aliud occultè faciamus. Notat libidines pseudoapostolorum, et voluptates occultas. Nam, ut ait Epist. 5: *Quæ in occulto fiunt ab ipsis, turpe est dicere.*

Neque adulterantes verbum Dei. Adulterant, id est, dolosè tractant Dei verbum, qui non dispensant illud quale traditum est, integrum, purum ac sincerum: sed permissione sapientiæ secularis, aut Judaicæ doctrinæ corrumpunt et vitiant; aut certè in eo ministrando non Dei gratiam querunt, sed suis commodis obsequuntur.

Sed in manifestatione veritatis commendantes nosmetipsos ad omnem conscientiam hominum coram Deo. Tam vitæ nostræ quam doctrinæ sinceritas omnibus est manifesta, ac seipsam apud omnes commendat et probat: adeò ut nec ipsum Deum, qui cordium intue-

veritate vitæ et doctrinæ manifestamus omnibus hominibus quid coram Deo ipso simus et quid sentiamus. Quales sumus coram Deo, tales apparemus hominibus; et quales apparemus, tales et sumus.

Notandum ad mores.

In his ergo verbis imaginem habes veri et falsi pastoris, doctoris, apostoli. Falsum execrare, bonum imitare. Ad exemplum divi Pauli et aliorum apostolorum, fidelis minister Christi attendat ad Dei misericordiam erga se, ad ministerii sui dignitatem, ad æternam gloriâ sibi promissam; et his omnibus respondens, nec segnescat in prosperis, nec animo concidat in adversis. Nihil, nec occultè, suo ministerio indignum agat, sed omnem execretur etiam occultam vitæ turpitudinem; ambulet simpliciter, sincerè verbum Dei prædicet; solâ vitæ et doctrinæ veritate sese commendatione dignum reddat, et coram hominibus, et coram Deo, omnia intuentè.

VERS. 3. — QUOD SI ETIAM OPERTUM EST... Ob dicta, tum proximè, tum in fine cap. 5, v. 18, potest objici: Si veritatem Evangelii ita manifestas, cur ergo tot hominibus adhuc est opertum? — Huic objectioni occurrens, respondit id fieri non ministrorum vitio, sed hominum illorum culpâ, qui, mente obcecati, lumen non percipiunt. *Quòd si*, post tam apertam veritatis prædicationem adhuc velatum est Evangelium quod prædicamus, iis tantùm velatum est qui percuti et perire volunt, quia vera videre nolunt, quæ vitis ipsorum adversantur.

VERS. 4. — IN QUIBUS DEUS REUS SEDELL... id est, iis, scilicet infidelibus, quorum *Deus hujus seculi, diabolus; princeps mundi hujus, Joan. 14, mentes excecavit tenebris infidelitatis et vitiorum, NE FULGEAT ILLIS LUX EVANGELII.*

GLORIA: CUMISTI, id est, quod est gloria Christi, seu per quod manifestatur gloria Christi, ejus divinitas, resurrectio, etc.; seu Evangelii à nobis prædicati, ad tur occulta, judicem refugiat.

VERS. 5. — *Quòd si etiam opertum est Evangelium nostrum;* etc. *In iis*, id est, apud eos: nisi malis. Sensus est: Quòd si adhuc velatum et occultum est quibusdam Evangelium quod prædicamus, duntaxat iis qui percuti, id est, reprobis, velatum est et occultum. Unde quod dixit capite præcedenti de Judæis Evangelio non creditibus, velamen esse positum super cor eorum, id nunc universale de reprobis significat.

VERS. 4. — *In quibus Deus seculi excecavit mentes infidelium.* Oremus et S. Thomas: Deus, Deus, inquit, hujus seculi est diabolus, qui deus est seculariter viventium, non creatione, sed sua perversitate, exemplo, imperio et suggestionè: idèò enim non *Deum* vocat, sed *alienandum deum hujus seculi*, id est, secularium, qui temporalia et caduca præferunt celestibus et æternis bonis, *Deus hujus seculi est manna, sive opes, et pompe,* in quibus seculares ultimam finem et omne bonum quasi in Deo constituunt. Sic ad Phil. 2, dicitur: *Quorum Deus venter est.* Significatur autem his verbis velum oppositum mentibus infidelium, ipsa nimirum excecitas inducta à diabolo.

Et non fulgeat illis illuminatio Evangelii gloriæ Christi. Pro fulgore, Græcè, *irradit.* Syrus, *oriatur.* Est sublustre quiddam, et argutus clarè lucis sive illuminationis et gloriæ divinæ, quæ revelabitur in cælis. Sicut enim aurora et lucifer, sive stella Veneris præcit

declarandam gloriâ Christi; vel adeò ut non fulgeat illis lux clarissima, et splendor gloriosus Evangelii Christi.

QUI EST IMAGO DEI, id est, splendor gloriæ, Hebr. 1; *candor lucis æternæ, Sap. 7; illuminat omnem hominem, Joan. 1.* His tamen noctibus non affulget, quia lucem fugiunt, tenebras amant magis quam lucem. *Et hoc est judicium mundi et mundanorum.* Evangelium ergo nostrum perspicuum est prædicationis veritatis; occultum depravatione cecitatis, seu quia velamen est super cor eorum.

Observatio moralis.

In illis infidelibus, ab hujus seculi deo excecatis, intueri infinitos propemodum homines, qui se christianos dicunt; sed qui, amore hujus seculi obcecatis, clarissimam Evangelii lucem non vident; divitiarum, voluptatum et honorum amore captis, non affulget lux evangelica pauperibus, mortificationibus et humilitatis Christi; obvelatum est illis hoc Evangelium; verum non credunt quòd ipsorum cupiditatibus adversatur. Cupiditas velamen est super cor eorum. Christi gratiæ est hoc velamen tollere; hanc ergo gratiam continuè efflagitet Christianus, quæ videat, quæ amet, quòd opere compleat veritates Evangelii Christi. *Da illuminatos oculos cordis nostri,* non mentis tantùm, sed et cordis; oculos, quibus sic videamus, ut et amemus.

VERS. 5. — NON ENIM NOSMETIPSOS PRÆDICAVIMUS... Dilatâ objectione, probat quòd dixit; scilicet quòd sincerè prædicent, et se solâ veritatis manifestatione commendent. *Non enim* ad gloriâ aut utilitatem nostram prædicamus, sed ad gloriâ Jesu Christi Domini nostri, cui unice incumbimus: omnis nostra prædicatio ad eum refertur, ut Dominum nostrum.

Nos ATTEM SERVOS VESTROS PALAM PROFITEMUR, propter Jesum, nostrum et vestrum Dominum. Nosmetipsos ut servos totos impendimus utilitati vestræ et præceli soli, sic fides in hæc vitæ quasi lucifer præit et præcedit clarissime gloriæ; et visum in cælis. Textus Ambrosianus sensum magis quam verba reddit: *Ut non perdeant lumen Evangelii majestatis Christi.*

Evangelii gloriâ Christi; Evangelium enim dicitur gloriâ Christi, quia illo glorificatur Christus, Christi redemptio, resurrectio, divinitas. Ita Anselmus.

Qui est imago Dei. Christus, cum sit imago Dei, non qualissemper, sicut homo, ad imaginem et similitudinem Dei factus, sed omnibus, ut ita dicam, numeris absoluta atque perfecta; non quidem illuminatur à Deo, quia lumen non accipit participativè, sed à Deo Patre emanat tanquam lumen de lumine. Loquitur enim Apostolus de Christo secundùm naturam increatam, secundùm quam *imago Dei* dicitur, et hoc loco et Coloss. 1, quia natus ex Deo, perfectissimè Patrem Deum representat: adeò ut rogatus ostendere Patrem, responderit: *Qui videt me, videt et Patrem, Joan. 14.* Quia ratione etiam Hebr. 1 vocatur *splendor gloriæ Dei, et figura substantiæ ejus.* Et Sap. 7: *Candor lucis æternæ, speculum sine macula Deimajestatis, et imago bonitatis illius.*

VERS. 5. — *Non enim nosmetipsos prædicavimus; sed Jesum Christum Dominum nostrum;* hoc est, in Evangelio prædicando non nostram spectamus gloriâ, nec nostræ studentis utilitatis, quammodum faciunt pseudoapostoli; sed prædicamus Jesum Christum Do-

ac salutem, per Jesum, et propter Jesum; à quo hoc apostolatus ministerium accepimus ad vestram salutem.

Observatio moralis.

In his quoque verbis pseudoapostolos cerne, se suaque quærentes in predicatione, non que Jesu Christi; et fidelibus dominari volentes, non servire. Et hæc duo caveat verus Christi minister. Christi Domini minister es; Domino tuo sis ergo fidelis; ejus gloriam quære, non tuam: aliàs fur eris et latro. Fidelium minister es propter Jesum; illis ergo propter Jesum ministra cum charitate et zelo, cum humilitate et mansuetudine. Ad omni autem dominationis specie cave; aliàs heres eris, non minister et servus, contra Domini tui voluntatem. Sicque rursus fur et latro: latro gloriæ, latro et dominationis; quod utrumque Christi est, non tui.

Hæc! quæ in Ecclesia fures!

VERS. 6. — QUONIAM DEUS, QUI DIXIT... Dat rationem ob quam se totos Domini Jesu glorie et proximorum salutem per predicationem impendant. *Quoniam idem Deus, qui, initio mundi jussit è tenebris oriri lucem, quæ mundum illuminaret: fiat lux, Gen. 1; idem, inquam, Deus illuxit in mentibus nostris, prius tenebris, id est, nobis apostolis suis prius ignavis infudit lumen fidei et cognitionis mysteriorum.*

AD ILLUMINATIONEM... id est, non solum ut nos illuminemur, sed et ut alios illuminemus scientiâ et cognitione gloriæ Dei.

IN FACIE CHRISTI JESU, id est, quæ gloria Dei clarè in Filii sui facie, velut in imagine, lucent. *Qui videt me, videt et Patrem. In facie; Syr., in personâ Jesu Christi, id est, quo officio fungimur in personâ Christi, vice et nomine Christi, seu ut legati Christi. Juxta nostram Vulgatam, quam sequuntur D. Chrysostomus et Theophylactus, in facie..., id est, ut illuminemus alios scientiâ gloriæ Dei, ut appareat in Christo; seu per Christum, ait Theophylactus, per quem lucent in nobis Pater. Ego te clarificavi super terram.*

Observatio litteralis et moralis.

Sicut è tenebris abyssi luxeducta fuit, ut Deum in suis creaturis videremus, ita è tenebris legis lux evan-

gelicæ, seu lumen fidei, ut Deum in Christo, sua substantiali imagine, videremus. Quò Christus creaturis perfectior est imago Dei, eò et perfectior est Dei in Christo cognitio quam in creaturis.

Hujus autem lucis originem nota: Deus Pater lumen fonsque luminis est; Christus, lumen de lumine, à Patre lumen genitus, ut lumen; Christus lumen de lumine, suos discipulos et apostolos illuminavit, et per eos et illorum successores illuminavit, et pergit illuminare mundum. Sicut autem lux à Deo creata est ad luendum, ita apostoli, omnesque apostolici, seu in apostolico munere successores, ad illuminandum.

Attendant ergo sibi viri apostolici, et in se et in opera sua reflexus, videat quomodo huic divinæ erga se voluntati respondeat. An lucent in se? an alios illuminat doctrinæ et exemplorum suorum lumine? an Deum clarificat super terram? Recordetur se lucernam super candelabrum positam, ut luceat omnibus qui in domo Dei sunt. Caveat ne sit è contra titio fumans, siveque funi tenebris et fetore obscurans et offendens.

VERS. 7. — HABEMUS ACTEM THESAURUM... thesaurum scilicet celestis scientiæ mysteriorum Dei ad illuminationem aliorum; seu augmentum illud evangelicæ predicationis munus.

IN VASIS FITILIBUS; Syr., in vase testaceo, id est, in corpore luteo, fragili et caduco; in animâ quidem spiritali et immortalis, sed luteo corpore circumdata. Potes et optimè intelligere per vasa hæc, non solum corpora, sed et apostolorum personas, quas vocat testaceas et fitiles, quia apostoli homines erant viles, rudes, illiterati, inopes, fragiles et contemptibiles.

UT SUBLIMITAS; Græc., υπερβολή, excessus, eminentia, excellentia.

VIRTUTIS, id est, potestatis nostræ, seu quæ in nobis est, seu quæ in nobis apparet.

SYR DEI, id est, Deo tribuatur, non nobis; seu ut eminentia virtutis nostræ sit Dei.

Sicut ex nihilo Deus creavit omnia, ita et vilibus et nihili instrumentis reparavit, ut soli Deo et creatiois et reparatiois tribuatur gloria. Cave tibi, vas testaceum, et vide ne quidquam in opere Dei tui tibi tribu-

nemus et alios scientiâ, et cognitione claritatis, hoc est, clarè et gloriosè: Dei, id est, quæ est de Deo, quæ respiciet et in facie Christi, hoc est, in clara, vel per claram cognitionem Dei, et redemptionis ejus; vulgò enim clarè cognoscitur quisque per faciem. Hinc cognoscere in facie, significat cognoscere clarè et apertè. Persistit in allusione velaminis, et faciei Moysis velate, et Christi apertæ.

VERS. 7. — *Habemus autem thesaurum istum in vasibus fitilibus. Porro thesaurum tanquam rem valde pretiosam, vocat munus sibi creditum à Deo, hoc est, ipsum ministerium Evangelii. Neque tamen aberrant qui thesaurum intelligent illuminationis; velut Aquinas et alii: idque suffragante Tertulliano, qui thesaurum interpretatur de lumine. In vasibus fitilibus, Græcè, testaceis, id est, in corpore luteo, fragili, caduco. Quasi dicit Paulus: Vas ficile corpus nostrum est. Ut sensus sit, apostolos gestare pretiosum ac lucentem evangelici ministerii thesaurum in seipsis tanquam vasibus fitilibus.*

buis; sed humiliare sub omnipotentis manu Dei, eique totam tribue gloriam tui ministerii. *Soli Deo omnis honor et gloria.*

VERS. 8. — *IN OMNIBUS TRIBULATIONEM PATIMUR. Porro testaceorum vasorum fragilitatem simul et sublimem in illis Dei virtutem demonstrat. In omnibus tribulationem... Græcè, in omni pressi, sed non coarctati; Syr., per omnia premimur, sed non suffocamur; Ambrosius, in omnibus pressuram passi, sed non coangustati. Id est, rebus adversis undique premimur; sed divinâ nos protegente potentiâ, non coarctamur: imò in angustiis, mens nobis lata, libera et excelsa.*

APORIAMUR, equidem rerum egentes, et consilii inopes, hæremus anxii; seu omni humano auxilio, solatio et consilio destituti, nescimus quid agere debeamus. *Aporia est inopia mentis et corporis, id est, penuria rerum et inopia consilii.*

SED NOS DESTITIMUR, in hac aporiâ, quia divinum nobis ad auxilium, solatium et consilium, ubi desunt humana. *Ambrosius habet: Inopia passi, sed non destituti, id est, inquit, in inopia positus adfuit pastor Deus.*

VERS. 9. — *PERSECUTIONEM PATIMUR, ab hominibus, sed non debeat iniquum, à Deo.*

DEICIMUR in terram, humanâ malitiâ; sed nos verimus, quia divinâ potentiâ erigimur. Vel ex alto præcipitamus, vasa ficilia et testacea; ad Deo manum suam supponente, non frangimur, nec, qui in nobis reconditus est thesaurus, effunditur.

VERS. 10. — *SEMPER MORTIFICATIONEM...* continuis periculis et mortibus expositi, passionem et mortem Domini nostri Jesu, in corporibus nostris semper et ubique circumferimus; Syr., bajulamus; Arab., portamus, id est, quâdam similitudine exprimus.

Ut sublimitas sit virtutis (id est, potentie et fortitudinis) Dei, et non ex nobis. Pro ut sublimitas, Ambros. legit: Ut eminentia virtutis sit Dei, q. d.: Ideò vult Deus me thesaurum istum habere in vase ficili, ut excellentia quæ in me est, et fructus quem facio in conversione tot gentium, non mihi, sed potentie et efficacie Dei, ac gratiæ Christi ascribatur. S. Hieronymus legit: Ut abundantia fortitudinis nostræ sit ex Deo.

VERS. 8. — *In omnibus tribulationem patimur, sed non angustiamur. Sensus est: Quamvis undique premamur rebus adversis, non tamen ita redigimur in angustiam, ut comprimamur et conteramur; sed Dei ope servamur in mediis pressuris. Pro non angustiamur, Græcè est, non coarctati, non anxii redditi. Alioqui necessarium est, ut qui premitur, sit adigatur in angustiam, et angustietur: sed Apostolo rebus in angustiis mens erat lata, ampla et excelsa. Syrus vertit: Premimur, sed non suffocamur.*

Aporiamur, sed non destituamur, hoc est, rerum omnium penuria premimur, at non opprimimur: ita Ambros., Theophyl.; egentes, sed egestati non succumbentes. Egestas enim in animo patienti, sapienti, tranquillo, et in Deum defixo, quietem, sufficientiam, imò et copiam parit. Est enim aporia, inopia non tantum corporis, sed et animi, puta consilii inopia, dubitatio, et perplexitas; cum mens, undique se malis obseptam videns, anxia hæret, nescitque quid consilii capere, quid agere debeat. Sed Deus apostolis, suisque in hac aporiâ succurrit, suggeritque viam evadendi.

Ut et ejusdem Domini Jesu vita gloriosa, quam nunc habet, in corporibus nostris aliquando reveletur, quando reformabit corpus humilitatis nostræ configuratum corpori claritatis sue. Potest et dici: Nostris mortibus continuis mortem Domini Jesu representamus; et nostro è mortis faucibus exitu ferè continuo, resurrectionis Christi speciem exhibemus. Ita D. Chrysostomus, Theophylactus, etc.

VERS. 11. — *SEMPER ENIM NOS, QUI VIVIMUS... Quamdiù enim vivimus, morti exponimur propter Jesum, ut aliquando vita Jesu æterna et immortalis appareat in nostrâ carne mortali quando scilicet immortalitatem induerimus. Vel ideò morti semper tradimur, et tamen vivimus, ut in nobis appareat quòd Christus sursum et vivit; nec enim nos in tot mortibus vivos servaret, nisi viveret.*

Observatio moralis.

Hinc, et tu, vas testaceum, discе christianum, apostolicum divinumque patienti modum. Pressus undique malis, ne coarctaris, sed ne suffocaris; mentem in Deum eleva, Deum te videntem, primumque malorum tuorum auctorem adora, et corde fideliâ pleno invoca. Experieris quod propheta expressit, et dixit: *Cum invocarem exaudivit me Deus justitiæ mee, in tribulatione dilatasti mihi.*

APORIATUS, inops rerum et consilii, in rebus arduis anxius et perplexus, ne desperes; sed in Deum erectus, ejusque Providentiæ confidens, inopiam tuam, curam et anxietatem tuam in Deum, ejusque providentiæ sinum proietta. *Et ipse te auferit, ipse tibi adfert adiutor, consolator et consilium, ubi desunt humana.*

MORTIFICATUS, cruci affixus, Christum in te crucifixum intueri; ejus in te stigmata venerare. **Mortificatio,** passio tua est passionis et mortis Christi

VERS. 9. — *Persecutionem patimur, etc. Quamvis, inquit, in tam gravia pericula sepe incidamus, ut videamur illicò perituri; tamen Deo opulante custodimur, ne pereamus.*

VERS. 10. — *Semper mortificationem Jesu in corpore nostro circumferentes. Sensus est: Quotidianis periculis, et ut ita dicam, mortibus expositi sumus; et per hoc passionem et mortem Domini Jesu nos illius ministri atque vicarii representatione quâdam gestamus et circumferimus in nostris corporibus.*

Ut et vita Jesu manifestetur in corporibus nostris. Vita, scilicet tum futura, ut mirum cum Christo resurgamus ad gloriam, ut sequitur versu 14, tum præsens, ut scilicet alimur resurrectionis Christi corpora nostra, licet afflicta, vegetiora fiant ex spiritu ob spem resurrectionis, et opem Dei, quâ nos à tot in dies periculis liberat et roborat.

VERS. 11. — *Semper enim nos, qui vivimus, in mortem tradimur propter Jesum, q. d.: In mediâ hæc quali quali vivimus mortis periculis et erumnis exponimur. Ita Chrysostomus. Hoc est, ergo quod nos in omni tribulatione animâ, consolatur et roborat, scilicet quod cogitemus in eâ nos conformari Christo patienti et resurgenti.*

Ut et vita Jesu manifestetur in carne nostrâ mortali, id est, ut in corporibus nostris mortalibus toties in mortem traditis, et tamen adiuve viventibus, manifestò appareat etiam Jesum, quem predicamus, vivere.

participatio; opprobrium tuum ejus opprobriorum communicatio; in christiano patitur Christus. *Communicans ergo Christi passionibus gaude, si compatieris, et glorificaberis.* Passio et mortificatio tua vite beate, gloriose et immortalis erit principium et semen. Sicut in te nunc mortificato et crucifixo representatur mors et passio Christi sic in te resuscitato, glorioso, representabitur aliquando resurrectio et gloria Christi.

VERS. 12.—ERGO MORS IN NOBIS OPERATUR...; Græc., *εργάζεται, passivè.* Ex dictis concludit: *Ergo per Evangelii prædicationem, mors corporalis, scilicet, efficitur in nobis, seu ob Evangelium quotidie morimur, quotidianis exponimur mortis periculis.*

VITA AUTEM IN VOBIS, id est, at per nostram mortem, seu, per nostram mortis pericula quotidiana, procuratur vobis vita fidei, religio et religionis augmentum; ob quæ vitam vivetis sempiternam. Et hæc oblique taxat pseudo-apostolos, in quibus nihil simile reperies; nec talem ob Evangelium mortificationem et passionem, nec talem eorum in periculis à Deo conservationem, nec per mortem illorum, salutis aliorum procuracionem.

VERS. 15.—HABENTES AUTEM EUNDEM... Rationem dat ob quam, non obstantibus tot periculis et mortuum, continuè tamen et audacter apostoli suo fungantur officio; liberè scilicet et intrepidè prædicant, nimium quia verè credunt. Et hic pseudo-apostolos inuere, tacentes in periculis, quia non credunt. *Cænes muti, latrare non audent.*

Habentes autem in his omnibus supradictis tribulationibus, eundem fidei spiritum quem habuit David tribulatus; sicut de eo scriptum est: *Credidi, corde, propter quod locutus sum ore.* Ita et nos apostoli, quia corde credimus, id est prædicamus audacter et liberè, mediis in mortibus.

VERS. 14.—SCIENTES QUONIAM QUI SUSCITAVIT JESUM... Quis credidit? fide certissima, quia Deus, qui Dominum Jesum pro nobis occisum, suscitavit à mor-

VERS. 12.—*Ergo mors in nobis operatur, etc.*; q. d.: Vestra spiritualis vita per fidem et gratiam, id est, salutis anime vestræ nostræ corporali morte procuratur. Ita Ambrosius. Nam apostolorum et martyrum passio et mors, vita est Ecclesie: sanguis martyrum semen est Christianorum.

VERS. 15.—*Habentes autem eundem spiritum fidei, sicut scriptum est:* q. d.: Sicut David tentationibus immersus, et à solo Deo ereptus, dixit: *Credidi, id est, credo, quod Deus juxta promissa sua me à meis malis liberabit semper.* Unde et idem audacter locutus sum, et etiamnum proloquor; ita et nos credimus et speramus, ac animosè proferimus, openi, robur, liberationem ac resurrectionem nostram à Deo uti promissam, ita et certissimo prestandam, ita Theophylactus, Chrysostomus. (Cæcumen. *Spiritum fidei*, dicit auctorem, donatorem; vel metonymicè, *spiritum fidei*, id est, fidem à Spiritu donatam, quomodo legitur alibi spiritum mansuetudinis, pietatis, etc., pro ipsis justis donis Spiritus sancti. *fiatur eundem spiritum fidei* rectè intelligimus eandem fidem ab eodem Spiritu profectam. Quasi dicat Apostolus: Cùm ad eadem credenda ab uno Spiritu sancto moveamur.

Credidi, vel credo, id est, credere pergo, propter quod locutus sum.

te, et nos propter Jesum ejusque Evangelium occisus, suscitabit in die novissimo, nosque ad dexteram suam vobiscum constituit in regno vivorum.

VERS. 15.—OMNIA ENIM PROPTER VOS, quasi diceret: Nos dixi vobiscum, non vos nobiscum, et rectè, quia omnia ministeria nostra ad vestram salutem ordinantur; et quod agimus et quod patimur vestrum est.

UT GRATIA ABUNDANS..., ut in multis effusa gratia, per multos etiam pariat gratiarum actionem, quæ Deus glorificatur.

Multi ex præcedentibus notanda.

Nota primò, ex v. 13, quòd tempora quidem variata sint, sed non fides; habemus eundem fidei spiritum, quem sancti patriarchæ habuerunt; crediderunt venturum, quem nos venisse credimus. Nota secundò quòd non benè et perfectè credit, qui quòd credit, loqui erubescit. *Corde creditur ad justitiam, ore autem confessio fit ad salutem*, Rom. 10, v. 10; *qui me erubescit... et hunc Filius hominis erubescet*, Luca: 9, 26. Benè crediderunt apostoli et martyres; qui, quia crediderunt, idè confessi sunt; credendo vitam apprehenderunt; loquendo invenerunt mortem, sed mortem in quâ corpus corruptibile seminaretur, et incorruptio meteretur, ait D. Anselmus. Nota tertio quòd fides, quæ in omnibus radix est salutis, et creaturæ novæ initium, in apostolis et martyribus fuit illorum et nostræ salutis principium. Quia crediderunt, justi facti sunt, vitam apprehenderunt; quia crediderunt locuti sunt, prædicaverunt, suisque verbis et prædicationibus alios ad fidem adduxerunt; *fides ex auditu*. Quia locuti sunt, mortem subierunt; at ex illorum morte salutis nostra. Sanguis martyrum semen fuit Christianorum.

Nota, ex v. 15, quòd et Spiritus sancti charismata et apostolorum omnia ministeria sint ad fidelium salutem ordinata; hæc autem salutis ad Dei gloriam, tanquam ad finem ultimam.

Et nos credimus, propter quod et loquimur, ac si dicat: Quemadmodum David inter persecutiones et pericula credidit se perventurum ad regnum sibi à Deo promissum, et propterea de eo confidenter apud homines locutus est: ita nos quoque ministri novæ legis, licet persecutionibus pressi et periculis expositi, tandemque morituri, certissime tamen credimus nos ad gloriam promissam perventuros. Propter quod et confidenter vobis de eâ loquimur.

VERS. 14.—*Scientes quoniam qui suscitavit Jesum, etc.* In gloria cum vobis resuscitatus. Nota. Ex modestiã ait, non, vos nobiscum, sed, nos vobiscum, quia vos causa et objectum uti Evangelii mei, ita et gloria: meæ estis.

VERS. 15.—*Omnia enim propter vos.* Benè dixi, inquit, quòd Deus nos constituit vobiscum, nam omnia nostra sunt aut sunt propter vos: id est, universum ministerium nostrum ordinatur ad utilitatem et salutem vestram, idèque nos æquum est fieri cōsortes salutis et gloriæ vestræ.

Ut gratia abundans, per multos in gratiarum actione, abundet in gloriam Dei, hoc est, ut in multis effusa gratia, per multas iidem personas gratiarum actionem pariat atque diffundat, quæ Deus glorificatur.

VERS. 16.—PROPTER QUOD NON DEFICIMUS... Propter quod, superiora respicit: propter spem æternæ gloriæ, propter vestram salutem, et propter majorem Deo procurandam gloriam; seu spem beate resurrectionis habentes, ut multorum salutem et majorem Dei gloriam procuremus. *Non deficimus* in adversis, nec fatigamur in nostro munere fungendo, sicut in v. 1.

SED LICET IS QUI FORIS EST..., id est, pars exterior hominis, caro, corrumpatur pressuris, plagis, fame, siti, frigore, etc.

TAMEN IS QUI INTUS EST..., pars interior, spiritus renovatur, fit vegetior fide et spe futuri præmii. Vel renovatur per novas gratias, quibus reflorescit in Dei cognitione, et accenditur in Dei amore; hincque major de die in diem alacritas ad majora toleranda.

VERS. 17.—ID ENIM QUOD IN PRÆSENTI EST MOMENTANEUM..., Græc.: *Nam momentanea levis tribulationis nostræ, id est, presens, celeritè transiens, et quasi momentanea et levis tribulatio.*

SPRÆ MODUM IN SUBLIMITATE; Græc.: *Secundum excellentiam in excellentiam, id est, excellentè excellentem, et sublimissimam gloriam operatur, seu parit in nobis. Itaque non deficimus, sed de die in diem renovamur, quia fide scimus quòd presens hæc et celeritè transiens, et quasi momentanea, et aliunde levis tribulatio, quam propter vestram salutem Deique gloriam patimur, producit in nobis, seu nobis meretur futuram gloriam, incomparabiliter majorem et excellentiorem, id est, æTERNAM GLORIÆ PONDUS.*

Apostolica verba perpende: *Præsens et momentaneum cum æterno, leve cum gravi, tribulationem cum gloria componit; et hoc non contentus, alteram vocem jungit, eamque duplicat, cùm ait: SPRÆ MODUM IN SUBLIMITATE, seu magnitudinem excellentè excellentem, ait Theophylactus; mirè supra modum, ait Erasmus. Syrus autem sic habet: Naniquè oppressio lajus temporis, licet exigua et levissima sit, gloriam infinitam, in seculum seculorum parat nobis.*

VERS. 18.—NON CONTEMPLANTIBUS NOBIS... Idèo ad hæc præsentia, quæ videntur, non spectamus; sed ad

VERS. 16.—*Propter quod non deficimus.* Propter spem, inquit, illius gloriæ quam ex resurrectione expectamus, non succumbimus malis quæ nobis Evangelii ministeria plurimum superveniunt.

Sed licet is, qui foris est, noster homo corrumpatur: tamen is, qui intus est, renovatur de die in diem, id est, ut Theophyl., Ambros., Anselm., licet exterius, plagis, fame, siti, frigore, modicè, flagellis et moribus: tamen qui intus est, id est, anima et spiritus, renovatur et proficit fide, spe, charitate, animi alacritate, et fortior ac fulgidior, quasi aurum in igne evadit, ait Chrysostomus.

De die in diem, q. d.: Sicut externus homo, id est, corpus, in dies per tot plagas et erummas deficit et senescit: ita interior, hoc est, mens, in dies renovatur et juvenescit, idque ob spem resurrectionis.

VERS. 17.—*Id enim, quod in præsentem est momentaneum, et leve tribulationis nostræ. Momentaneum, quod quasi momento transiit; q. d.: Omnis nostra tribulatio momentanea est et levis. Si cum æterno illo*

futura, quæ non videntur. QUÆ ENIM VIDENTUR, TEMPORALIA SUNT et transitoria; QUÆ AUTEM NON VIDENTUR, ÆTERNA SUNT et permanentia; rei autem temporariæ ad æternam nulla duracionis proportio.

Omnia quæ videntur, sive supplicium dicas, sive quietem; quæ non videntur, sive regnum sit, sive cruciatus: ut illinc nos excilet et adhortetur, hinc terrorem nobis injiciat. D. Chrysostomus.

Observatio moralis.

Hi fuerunt in apostolis effectus fidei: fide pleni et animati, temporalia omnia spreverè; æterna sola dilexerè; visibilia hæc, quia transitoria, nec aspexerè quidem; ad invisibilia, quia æterna, ut ad scopum, spectare semper et continuè, v. 17 et 18. Sed, ô felicem temporalium et visibilium contempium! Sed, ô feliciorum ad invisibilia et æterna, ut ad scopum, attentionem et intuitum contempium!

Hinc fortè facti sunt in bello, v. 16; hinc de die in diem vegetiores in passionibus, v. 17; hinc cum gaudio famem, sitim, verbera, carceres, mortem toleraverunt, 8, 9, 10, 11: scientes et fide videntes quòd momentanea et levis tribulatio æternam et infinitam illis parietur gloriam, 17.

Similia et nos faceremus, et similiter pateremur, si similem haberemus fidem. Hanc ergo indesinenter efflagitemus. *Domine, adauge nobis fidem. Da nobis illuminatos cordis oculos, quibus videamus et visibilibus omnium inane et nihilum temporalium, æternorum et invisibilium veritatem jugiter intueamur. Viso et attento temporalium nihilo, ab eis oculis sic avertemus, ut nec aspiciamus. Perspecta æternorum solidà et constanti veritate, ad hæc anhelabimus; ad hæc, inter mundanas varietates, nostra fide semper erunt corda; ad hæc, ut ad scopum nostrum, omnia nostra dirigemus et opera et passiones; propter hæc, temporalium jacturam, corporis ipsius destructionem libenter patiemur, quia momentum cum æterno, leve et modicum cum infinito et immenso commutabimus. O felicem momentaneæ tribulationis cum æternâ requie commutationem! ô terque quaterque beatam vite misere cum divinâ vitâ commutationem!*

et gravissimo gloriæ pondere conferatur, perinde ac si plumam unam, vel favillam levissimam cum plumbo lotus universi conteser.

Supra modum in sublimitate, q. d.: Incomparabiliter majus et excellentius est pondus gloriæ future tribulatione quam hic patimur.

Æternam gloriæ pondus operatur in nobis: Opus patientiæ nostræ procreat ex se fructum æterni et immense gloriæ; mirum in merendo, et merito ratione tandem assequendo.

VERS. 18.—*Non contemplantibus nobis quæ videntur, sed quæ non videntur.* Dum non spectamus ad hæc præsentia bona, quæ videmus, ut sunt opes, honores, dignitates, et omnis gloria hujus seculi: sed ad bona futura, quæ non videmus, sed credimus.

Quæ enim videntur, temporalia sunt, hoc est, quæ brevissimi sunt temporis.

Quæ autem non videntur, æterna sunt; quæ, inquit, non videntur, sed creduntur à nobis, in æterno duratura sunt, idèque merito hæc præ illis spectanda nobis sunt et speranda.

Corollarium pietatis, seu in hoc capite ad pietatem maximè notanda, et ad proximè redigenda.

1^o Dei et Ecclesia minister in versibus 1, 2, 5, 6 notet veri apostoli, episcopi, pastoris virtutes, quas imitetur. Notet et pseudopostoli, falsi pastoris, mercenarii vitia, quae exerceat et fugiat.

Utriusque imaginem habes in commentario v. 2. Vide præterea v. 5, 6, 7.

2^o In versibus 8, 9, 10, 11, discamus omnes christianum, apostolicum, et divinum patendi modum.

CAPUT V.

1. Scimus enim quoniam si terrestris domus nostra hujus habitacionis dissolvatur, quòd ædificacionem ex Deo habemus, domum non manufactam, æternam in caelis.

2. Nam et in hoc ingemiscimus, habitacionem nostram, quæ de caelo est, superindui cupientes;

3. Si tamen vestiti, non nudi inveniamur.

4. Nam qui sumus in hoc tabernaculo, ingemiscimus gravati, eò quòd nolumus expoliari, sed supervestiri, ut absorbeatur quod mortale est à vitâ.

5. Qui autem efficit nos in hoc ipsum, Deus, qui dedit nobis pignus Spiritûs.

6. Audentes igitur semper, scientes quoniam dum sumus in corpore, peregrinamur à Domino

7. (Per fidem enim ambulamus, et non per speciem);

8. Audemus autem, et bonam voluntatem habemus magis peregrinari à corpore, et presentes esse ad Dominum.

9. Et idèò contendimus, sive absentes, sive presentes, placere illi.

10. Omnes enim nos manifestari oportet ante tribunal Christi, ut referat unusquisque propria corporis, prout gessit, sive bonum, sive malum.

11. Scientes ergo timorem Domini, hominibus suademus, Deo autem manifesti sumus. Spero autem et in conscientiis vestris manifestos nos esse.

12. Non iterùm commendamus nos vobis, sed occasione damus vobis gloriandi pro nobis; ut habeatis ad eos qui in facie gloriantur, et non in corde.

13. Sive enim mente excedimus, Deo; sive sobrii sumus, vobis.

14. Caritas enim Christi urget nos; æstimantes hoc, quoniam si unus pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui sumus.

15. Et pro omnibus mortuus est Christus, ut et qui vivunt, jam non sibi vivant, sed ei qui pro ipsis mortuus est et resurrexit.

16. Itaque nos ex hoc neminem novimus secundùm carnem. Et si cognovimus secundùm carnem Christum, sed nunc jam non novimus.

Vide Observationem moralem in fine, v. 11.

5^o Notemus quòd hanc christianam patientiam, apostolicamque fortitudinem dei fides viva, quæ rerum omnium temporalium instantaneam vanitatem patefaciat; solidam et constantem æternorum veritatem demonstret. Vide v. 16, 17, 18.

Hæc ergo fides continèe petenda. Vide observationem moralem in fine v. 18.

CHAPITRE V.

1. Car nous savons que si cette maison de terre où nous habitons vient à se dissoudre, Dieu nous donnera dans le ciel une autre maison; une maison qui ne sera point faite par la main des hommes, et qui durera éternellement.

2. C'est ce qui nous fait gémir dans le désir que nous avons d'être revêtus de cette maison céleste.

3. Si toutefois nous sommes trouvés vêtus, et non pas nus.

4. Car pendant que nous sommes dans ce corps comme dans une tente, nous gémissons sous sa pesanteur; parce que nous ne voulons pas être dépouillés, mais être revêtus par dessus; en sorte que ce qu'il y a de mortel en nous soit absorbé par la vie.

5. Or c'est Dieu même qui nous a formés pour cet état, et qui nous a donné pour gage son Esprit.

6. Nous sommes donc toujours pleins de confiance; et, comme nous savons que pendant que nous habitons dans ce corps, nous sommes éloignés du Seigneur et hors de notre patrie,

7. Car ce n'est que par la foi que nous marchons vers lui sans en jouir encore par une claire vue;

8. Dans cette confiance que nous avons, nous aimons mieux sortir de ce corps, pour aller habiter avec le Seigneur.

9. C'est pourquoi toute notre ambition est de lui être agréables, soit que nous soyons éloignés de lui, soit que nous soyons en sa présence.

10. Car nous devons tous comparaitre devant le tribunal de Jésus-Christ, afin que chacun reçoive ce qui est dû aux bonnes ou aux mauvaises actions qu'il aura faites pendant qu'il était revêtu de son corps.

11. Connaissant donc la crainte du Seigneur, nous tâchons de convaincre les hommes de notre innocence: Dieu connaît qui nous sommes; et je veux croire que nous sommes aussi connus de vous dans le secret de votre conscience.

12. Nous ne prétendons point nous relever encore ici nous-mêmes à votre égard; et nous voulons seulement vous donner occasion de vous glorifier à notre sujet, afin que vous puissiez répondre à ceux qui mettent leur gloire dans ce qui paraît, et non dans ce qui est dans le fond du cœur.

13. Car, soit que nous soyons emportés comme hors de nous-mêmes, c'est pour Dieu; soit que nous nous tempérions, c'est pour vous.

14. Parce que l'amour de Jésus-Christ nous presse; considérant que si un seul est mort pour tous, donc tous sont morts.

15. Et que Jésus-Christ est mort pour tous, afin que ceux qui vivent ne vivent plus pour eux-mêmes, mais pour celui qui est mort et qui est ressuscité pour eux.

16. C'est pourquoi nous ne connaissons plus personne selon la chair; et si nous avons connu Jésus-Christ selon la chair, nous ne le connaissons plus maintenant de cette sorte.

17. Si qua ergo in Christo, nova creatura, vetera transierunt: ecce facta sunt omnia nova;

18. Omnia autem ex Deo, qui nos reconciliavit sibi per Christum, et dedit nobis ministerium reconciliationis.

19. Quoniam quidem Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi, non reputans illis delicta ipsorum; et posuit in nobis verbum reconciliationis.

20. Pro Christo ergo legatione fungimur, tanquam Deo exhortante per nos. Obsecramus pro Christo, reconciliamini Deo.

21. Eum, qui non noverat peccatum, pro nobis peccatum fecit, ut nos efficeremur justitia Dei in ipso.

ANALYSIS.

Primis versibus pergit rationem reddere eorum, quæ in fine cap. 4, v. 16, dixit, scilicet cur ipse Paulus, et ejus collega non deficiant in tribulationibus; imò ubi eorum corpus pressuris corrumpitur, spiritus fit de die in diem vegetior.

§ 1. *Quia scimus per fidem, quòd si corpus, terrena domus animæ, destruitur, in resurrectione corpus habebimus spirituale, immortale, gloriosum.*

§ 2, 3, 4. *Ad hanc gloriam anhelamus, non quidem exui corpore cupientes; sed immortalitatem superæstrui; mortem enim naturaliter formidamus.*

§ 5. *At considerantes et quòd Deus ad hanc nos gloriam creavit, et in ejus pignus, Spiritum sanctum nobis dedit; confidimus et optamus à corpore separari, et Domino præsentem esse, ipsaque frui, v. 6, 7, 8.*

§ 9. *Ut tanto bono fruamur, omni studio satagimus Deo placere: et tremendum ejus recogitantes judicium, sincerè coram eo ambulamus, nostramque sinceritatem hominibus suadere studemus; ne cuiquam sinus offendiculo, v. 10, 11.*

§ 12. *Hic à se removet omnem vanæ gloriæ suspensionem, et semetipsum justificat contra pseudo-apostolorum calumnias, explicans quo animo se laudet, et sese*

PARAPHRASIS.

1. Novimus enim per fidem, quòd si corpus hoc terrenum, quòd est animæ domicilium, adinstar tabernaculi, destruitur pro Christo, habebimus in resurrectione domicilium, seu corpus spirituale, æternum, celeste, non humanitatis sed divinitus factum.

2, 5. Nam in hoc luteo corpore gemimus, desiderantes incorruptibilitatem et dotes gloriosas celestis corporis, tanquam indumentum superindui: quòd quidem nobis continget, si nos corpore vestitos, et non nudos deprehendat dies Domini.

4. Quamdiù, inquam, in hoc luteo tabernaculo moramur, gemimus illius onere pressi, et ad incorruptibilitatem anhelamus; non quòd velimus per mortem hoc exui corpore: sed vellemus, per immutationem superindui immortalitatem, ut per apprehensionem æternæ vitæ absorbeat hujus corporis mortalitas.

5. Deus autem ipse est, qui nos ad hoc celeste domicilium format et aptat; qui nobis illud promisit,

17. Si donc quelqu'un est en Jésus-Christ, il est devenu une nouvelle créature. Ce qui était vieux est passé; tout est devenu nouveau.

18. Et le tout vient de Dieu, qui nous a reconciliés avec lui-même par Jésus-Christ, et qui nous a confié le ministère de cette réconciliation.

19. Car Dieu a reconcilié le monde avec soi en Jésus-Christ, et n'a point imputant point leurs péchés; et il a mis en nous la parole de cette réconciliation.

20. Nous faisons donc la charge d'ambassadeurs de Jésus-Christ; et c'est Dieu même qui vous exhorte par notre bouche. Ainsi nous vous conjurons, au nom de Jésus-Christ, de vous reconcilier avec Dieu.

21. Qui, pour l'amour de nous, a traité celui qui ne connaissait point le péché comme s'il eût été le péché même, afin qu'en lui nous devinssions justes de la justice.

humiliet; neutrum suæ causæ, utrumque propter Dei gloriam, et proximam salutem, v. 15.

§ 14. *Ad sic agendum movet et urget Christi caritas et exemplum: pro omnibus mortuus est, ut nobis ipsis mortui, ipsi vitam, non nobis, v. 15.*

§ 16. *Hinc nos apostoli, nobis mortui, Christo soli viventes, neminem, nec nos, nec alios, nec ipsum Christum, secundum carnalem et humanis affectus intuemur, aut diligimus; sed secundum charitatis Christi spiritum, Dei gloriam, et proximorum salutem in omnibus nostris factis et verbis querimus.*

§ 17. *Taliter agit quilibet Christianus, nova in Christo creatura factus, in novitate vitæ ambulat.*

§ 18. *Bajus novitatis principium ostendit Deum, qui nos per Christum sibi reconciliavit; et nos apostolos, hujus reconciliationis hominibus conferendæ, multos fecit et cooperarios, v. 19.*

§ 20. *Itaque sumus, Christi loco, Dei ad homines legati; et per nos Christus, et Deus ipse vos hortatur. Cum Deo redite in gratiam. Memores hujus in vos misericordiæ; ipsam justitiam, fecit peccatum; ut vos peccatores, et peccatum ipsum, essetis justitia Dei.*

qui et Spiritum sanctum nobis in arrham dedit.

6. Hæc igitur fide et spe freti, non semper animo sumus; cum sciamus quòd quamdiù in hoc corpore moramur, absumus à Domino.

7. (Nunc enim in viâ sumus, in fide versamur; nondum propriam Dei pulchritudinem intuemur.)

8. Audemus, inquam, et bono ducimus potiùs abesse à corpore, et adesse Domino, ipsunque intueri.

9. Et idèò omni studio emittimur, ut sive nunc, sive tunc, Domino placeamus, sincerè illius voluntatem exsequentes.

10. Si quidem nos omnes, nullo excepto, oportet coram Christo, omnium iudice supremo, stare, examinari, ac manifestari; ut unusquisque referat quòd ipsi debuit esse, præmium vel poenam, convenienter vitæ: bene vel male, quam duxit, quamdiù fuit in corpore.

11. Illud itaque tremendum judicium præ oculis